De nona pena

Quem cum tumultu magno trahentes illum venerunt ad quoddam flu-
men latissimum ac fetidissimum coopertum igne sulphureo
et dixerunt: Sub isto flumine noveris infernum esse. Ultra flumen vero
illud protendebatur pons qui ultra modum fuit lubricus erat et in capite [?]
ita gracilis quod vix unius pedis hominis sufficiebat. fuit et sic al-
tus a fluvio [?] quod non erat modicum. hec enim tria erant omnibus valde pertime-
scenda et cogebant illum transire pontem dicentes: Nos commovebimus
ventos maximos et turbines qui te in flumen inferni precipitabunt. hec vero
dixerunt volentes ipsum terrere itaque ut compulsus timore consentiret ipsis.
Ille autem angustiatus recordans quantam misericordiam sibi fecit dominus et de
quantis periculis ipsum liberavit spe sua firmiter pontem ingrediens atque cum
fiducia magna se redemptori omnium commendans compulsus a demoni-
bus procedebat et quanto altius ascendit tanto ampliori spacio pons
augebatur. Ita ut paulatim succresceret itaque ut duo carri exci-
perent se obviam concurrentes. porro demones non poterant ultra prosequi mi-
litem sed semper ad pedes pontis stabant expectantes casum illius. at cum
vidissent illum libere per dei adiutorium transire tantis vocibus clamaba-
nt ad visus [?] illum ut magis horroris sibi incuterent quam in aliqua pe-
na quam prius expertus fuisset. et quia penas inferni transivit ideo aliquid de
tormentis inferni dicere nesciebat tamen ut credimus quod sunt in tanto ma-
iora preteritis penis quanto lux differt a tenebris. Videns autem
miles demonum catervas subsistere non valentes ulterius progredi per-
securus cum angelo ibat quem ei dominus eodem momento miserat addu-
catum prestandum. Sic quoque ambo progrederentur per longam viam et quanto plus
ibant tanto amplius lux diei accrescebat usque dum visus oriente [?] ap-
paruit eis adhuc ambulantibus murus altus. De gaudiis paradisi
Cum vero pervenisset ad locum videbat portam clausam cum autem ap-
propinquasset porta statim aperta est eis et tanta suavitas odo-
ris egressa est ut si totus mundus verteretur ad eum aromatum non vinceret
magnitudinem suavitatis illius. Cuius odore cum refecisset miles